

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus b  
cum uariis

Spiritus sapiencie negligenciam impigre repellit, spiritus intellectus diligenciam rationabiliter querit, spiritus consilii diuinam prouidenciam prudenter inuenit, spiritus uirtutis instigationes fortiter retundit, spiritus sciencie obliuionem lubricam diu esse integre non sinit, spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget, spiritus timoris Dei improuidam ignoranciam ardentem decoquit et bene replet.

Ieronymus super Marchum.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

repellit] pellit C; retundit] recondit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>